

stesso anno 1508, e in essa contendonsi narrate; benchè alla loro foggia, tutte le particolarità di questo affare (1). Vi si parla infatti

(1) Il documento, di cui reco il complesso, e di cui nell' annotazione trascrivo il testo, era rimasto sconosciuto ed ingedito: il primo a metterlo in luce fu il Verci, nella sua *Stor. della Marca Trivig.*, docum. num. DI, ch' è nella pag. 109 e seg. dei *Documenti*, che stanno in seguito al tom. V.

— « In nomine Domini Amen. Universis praesentem inspecturis processum Arnaldus abbas monasterii Tutelensis, Liovicensis dioecesis et Honophrius de Trebis decanus ecclesiae Meldensis, domini Papae capellanus, apostolicae Sedis nuncii. Nuper sanctissimus pater Dominus Clemens divina providentia papa quintus Nos Arnaldum etc. et Honophrium etc. pro recuperatione civitatis Ferrarie ac comitatus et districtus ejus, que ad Romanam Ecclesiam in spiritualibus et temporalibus pertinere dognoscitur, tamquam pacis angelos duxit specialiter destinandos, inter cetera nobis recipiendi nomine ipsius domini Pape et Romane Ecclesie predictam civitatem Ferrarie et comitatum ad mandata Romane Ecclesie venientes interdicendi eis, ne ulterius dominium Domini Pape et Romane Ecclesie suscipiant. Et si quos in dominos et rectores, aut ad id sub quocumque alio colore suscepserint rejiciantur injungendi, ipsosque ad premissa receptos etiam removendi et ne recipient aliqui hujusmodi regnum vel dominium prohibendi. Contradictiones insuper quecumque et undecunque aut cuiuscumque preeminentie fuerint ac status appellatione post posita per censuram ecclesiasticam et alias quascumque spirituales et temporales penas, prout erit expediens compescendi ac invocandi ad hoc si opus fuerit auxilium brachii secularis et omnia alia faciendi,

» que pro felici expeditione negotiū viderimus expedire, plenam et liberam nobis concessit per suas litteras facultatem, non obstantibus aliquibus privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis, per que presentibus non expressa, vel totaliter non inserta potestatis nobis tradite in hac parte possit explicatio impediri, et de quibus quorumcumque tenori debeat in ipsis litteris apostolicis fieri mentio specialis, prout hec et alia in litteris apostolicis nobis directis plenius continetur. Volentes itaque mandatum apostolicum exequi in hac parte apud Bononiam constituti apostolicas domino Duci Venetiarum nec non nostras per religiosum virum fratrem Hieronimum ordinis Predictarum litteras duximus destinandas, in quibus videlicet apostolicis idem dominus Dux requirebat ex parte ipsius domini Pape, ut nobis circa premissa dare auxilium, consilium et favorem, per nostras autem litteras dominum Ducem, Consilium et Comune Venetum requisivimus, ut nobis consilium et auxilium impenderet circa negotium prelibatum. Nihilominus monentes eosdem ut per se vel alios publice vel occulte nullum prestarent impedimentum quominus civitas Ferrarie, Comitatus et districtus ejusdem ad manus nostras nomine Romane Ecclesie devenirent, inhibentes et interdictantes eisdem et eorum cuiilibet, ne de dominio civitatis, comitatus et districtus ejusdem in parte vel totum se aliquatenus intromittant, nec pactum vel conventionem ineant cum aliquo in prejudicium Romane Ecclesie de civitate et comitatu predictis et per que dicta Romana Ecclesia vel nos in recuperatione dictae civitatis et comitatus possemus